



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 121. Decreta Synodi Diœcesanæ Metensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. specimina ederet; his vero aliisque ob-  
A. C. 1610. sequiis applausum tulit, præmium ta-  
men sperare haud valuit, eo quod domum Petri Aldobrandini, qui Clemens VIII. Nepos erat, obsequiose non  
frequentasset; utpote non Aulæ obsequio, sed impositi sui muneric debito intentus: Ne ergo hic Pontifex Vi-  
rum suo Nepoti vix cognitum purpu-  
ra decorare videretur, ipsem et conscientiæ stimulo adactus Aldobrandino  
Author exstitit, ut Pamphilum aliquoties accerseret, quo facto illum Clemens Papa eodem anno, quo Busalum, Car-  
dinalem Presbyterum, Paulus autem Quintus Urbis Vicarium creabat. Obiit  
autem Hieronymus Romæ die unde-  
cima Augusti, in æde Virginis Valli-  
cellanæ sepultus, cui etiam Ecclesiæ,  
quicquid pretiosum in suo Sacello ha-  
buerat, testamenti tabulis reliquerat.

## §. CXXI.

*Decreta Synodi Diaœcesanæ Me-  
tensis.*

*Contil.  
Germ. t. 8.*

Hoc item anno Annas Descars Ca-  
dinalis de Giury nuncupatus Me-  
tensis Episcopus, ut Catholicæ fidei  
veritates pristino restitueret splendori,  
die vigesima prima Aprilis Metis Sy-  
nodum Diaœcesanam celebrabat, tri-  
ginta

ginta tribus articulis absolutam: Con- Sæc. XVII.  
dita fuere quamplurima, eaque salu- A.C. 1610.  
berrima decreta, ex quibus tamen non-  
nisi singularia adducemus, & quidem  
primo Synodus abolevit *tonitrualia*, ut  
vocabant, festa profana, eoquod paga-  
nismum redolerent. Inhibuit etiam,  
ne ad ægres invisendos vel solandos hæ-  
retici admittantur, cum compertum  
fuisset, quod hi, Parochis absentibus,  
errorum venena hoc obtentu ægris pro-  
pinarint. Interdixit quoque Laicis  
prædicandi officium, & conventicula,  
in quibus de Religione ageretur. Circa  
administrationem Baptismi prohibuit,  
ne Parochi unctiones faciant intincto  
pollice, sed bacillis stanneis aut argen-  
teis in hunc usum comparatis, nec e-  
tiam nuda manu aquam ex pelvi, sed  
cochleari hauriant, minus vero Paga-  
norum nomina Baptizatis imponant:  
Dein præcipitur Parochis, qui ratione  
sui Officii diebus festis aut Dominicis  
bis celebrant, ne in prima Missa ablutionem  
accipiant, nec imposterum pu-  
rificatoriis ex ferico utantur, & communi-  
canti vinum purificationis non ex ca-  
lice sed ex scypho deinceps præbeant.  
Prohibuit insuper Synodus, ne in Ec-  
clesiis tympana, cytharæ aut alia ejus  
generis instrumenta audiantur, nec mu-  
lieres ad Altaris latera ita consistant,

Mm 5

ut

**Sæc. XVII.** ut a Celebrante ad Aram converso vi.  
A. C. 1610. deri possent: graviter quoque inveni-  
 tur Synodus in detestandum abusum in  
 hanc diæcesin introductum, quo plus-  
 rum puerorum confessiones simul exci-  
 piebantur, Parochos autem admonet,  
 ne sint difficiles in concedenda suis sub-  
 ditis facultate, ut alteri Sacerdoti ap-  
 probato etiam in Paschate confitean-  
 tur. Inter casus Episcopo reservatos  
 comprehendit hunc, si quæ prolem suam  
 exponit in Hospitalibus vel alio loco: de-  
 nique præscribit, quantam retributio-  
 nem Parochi pro Ecclesiasticis Officiis  
 jure petere valeant.

§. CXXII.

*Synodus Diæcesana Antverpiensis.*

*Concil.*  
*Germ. l.c.*  
*pag. 977.*

*tib. dedono  
 Persev.  
 cap. ult.*

Sequenti Mense Mayo Joannes Miræus  
 Antverpiensis Episcopus pariter Sy-  
 nodum habebat, in qua præter plura  
 alia ad restaurandam Cleri sui discipli-  
 nam non minus proficua quam necel-  
 faria statuta Parochis commendatur fre-  
 quens in doctrina Christiana institutio.  
 Præcipit etiam Synodus, ut Laici mi-  
 nus docti cum hæreticis de fide non di-  
 sputent, his vero importune instantibus  
 respondeant, id sui non esse officii, sed  
 ad Pastores & Doctores pertinere, ipso-  
 rum vero esse, monente D. Augustino,

pro